


354  
R

DISSERTATIO PHYSICA,  
 ANIMADVERSIONES IN THEORIAM  
 ET EXPERIMENTA CEL. DU TOUR  
 DE DIFFRACTIONE LUMINIS  
 CONTINENS.

---

CUJUS PARTEM QUARTAM,  
 CONS. AMPLISS. FACULT. PHILOS. ABOENS.

PUBLICO EXAMINI SUBJICIUNT

 PETRUS EKENVALL,

PHIL. MAG.


ET

ADOLPHUS BRUUN,

OSTROGOOTHUS.

IN AUD. MAJORI DIE XVII DECEMB. MDCCCIII.

Horis a. m. confvetis.

 ABOÆ, typis Frenckellianis.

1803

Kongl. Maj:ts Tro-Tjenare

Fändricken

Högädle


Herr JOHAN CARL BRUUN

Och

Högådla Frun

ANNA CHARLOTTA BRUUN

Född SVANSTEDT,



Mine Huldaste Föräldrar!!!

**M**ottagen detta, Eder godhet och ömhet tillegnade offer, som  
ett svagt, men upriktigt, prof af den oföränderliga vördnad och  
tacksamhet, hvarmed jag framhärdar att vara

Eder

Iydigaste Son  
ADOLPH BRUUN.

Contrario vero cum radiis luminis deflexis esse comparatum experimenta nos docuerunt; quare radii lucis deflexi ita sunt exhibendi, ut conus R, C, V radios deflexos & in colores resolutos penicilli KC conus R, C, V, penicilli LC, & conus R, C, V fascioli MC denotet:

Intervalla inter irides, inflexione radiorum formatas, interjecta, V, R<sub>u</sub>, V<sub>u</sub>, R<sub>m</sub>, & eadem, inter simbrias, radiis deflexis depictas, R, V<sub>u</sub>, R, V<sub>m</sub> lineas illas umbrosas, seu obscuras, quæ in minori chartæ ET distantia a capillo, ut experientia exploratum est, inter utrumque genus iridum perspicue conspiciuntur, repræsentent.

Postquam jam, ut nobis videtur, ante oculos, quomodo radii lucis inter transeundum prope ad superficies corporum, (nam observatum est, alia corpora similiter, ac capillum humanum, in lucem agere), inflectantur & deflectantur, adeo clare posuimus, ut hic modus ab unoquoque haud difficulter percipi possit; ad phænomenon, a nobis observatum & theoremate pronuntiatum, explicandum nos demum adcincturi sumus.

### §. XII.

Quum experimentis & observationibus constat, radios luminis inter transeundum prope corporum extremitates, qualescumque sint, intervallo quodam

G

ab

ab iis deflecti & inflecti, liceat quidem singere, corpora, (forsan omnia), tamquam spatio aliquo, intra quod corpora in radios locis ita agunt, ut inflectantur & deflectantur, circumscripta esse, unde sequitur, ut non tantum radii, corpora prope præterentes, sed hi etiam, qui in ipsam superficiem impingunt, inflecti & deflecti debeant; Quando vero radii, prope corporum extrema transeuntes, inflectuntur & deflectuntur; ita illi disponuntur, ut irides contiguas formare valeant; quare evidens est, radios quoque in superficiem quandam, eos reflectentem, impingendo ita esse disponendos, ut irides contiguas forment. Qualis vero radiorum dispositio ante reflexionem fuit, talem hoc in casu post eandem non immerito assumitur, quam ob rem radii (si in superficiem ad eos copiose reflectendos aptam illidant), ex eadem reflexi iridis contiguis in charta quadam alba seu alio piano corpore candido, depingendis pares erunt. Hæ vero irides contiguae, quas radii deflexi & inflexi inter transmittendum præter corpus quoddam, maxime & perspicue generant, sunt tres plerumque utrinque generis (deflexionis nempe & inflexionis) atque divergentis naturæ esse observantur; nihil itaque impedit, quominus hæ etiam tres irides per radios ex superficie reflexos imprimis & distincte constitui possint, atque quidem ita, ut singula harum divergat; hoc est, quo longius a facie reflectente colores earum excipiuntur, eo ampliores sunt. (p).

---

(p) Videtur quidam hæc positio legibus illis opticis repudiari.

Ut vero clare eluceat, qualem imaginem coloratam radii deflexi & inflexi, in colores dissipari, postquam reflexionem ex facie quadam subierunt, in charta quadam alba objecta depingant; figura rem construamus. Sit A B (Fig. 4) superficies plani parvi speculi reflectens, D C B A spatium flexionis intra quod inflexio & deflexio radiorum in diversis distantiis a superficie sit, H I R T, fascis radiorum, incidentium

G 2

per

gnare, quæ jubent, ut radii, qui paralleli sunt ante reflexionem, post eandem quoque paralleli siant, quamvis prope ad faciem reflectentem in medium quoddam novum radii incident & in eo tam egredientes, quam ingredientes refringantur; quemadmodum in reflexione radiorum parallelorum ex planis speculis vitreis fit. Sed est observandum, ut nobis videtur, ex eo, quod radiis ex medio & in medium quoddam vel ex una materia pellucida in aliam proficilcentibus accidit, non licere colligere, quid radiis transitu suo per spatium inflectionis & deflectionis (quod posuimus) evenire debeat. Nos saltim, (præter alias rationes) in hac sententia confirmatos putimus ex illa observatione, quod radii, tam qui, inter transeundum præter planam quamdam superficiem inflectuntur, quam qui deflectuntur, non tantum in colores resolvantur, sed quod radiis coloratis natura divergendi accedat. Quæ observatio, ut nostra fert sententia, cum illa opinione, quod vires deflexiva & inflexiva similiter, ac materia aliqua pellucida, in radios lucis agant, non conciliari potest. Videtur illa è contrario ostendere, radios luminis ex spatio flexionis exeuntes ita affici, ut in colores dissipati proprietatem a se invicem divergendi obtineant.

per foramen quoddam EF. Fingamus præterea hunc fascem in parvas particulas, seu penicillos esse divisum, qui successive a causis *deflexionis* & *inflexionis* flectantur. Sint hi penicilli H I C D, E F G L, M N O P &c. c.

Convenienter experimentis primum prima pars incidentium radiorum deflekti & deinde secunda pars inflecti cœpit. Si jam hæc partes per fasciolos H I & C D repræsententur; radii fascioli H I sunt deflectendi & C D inflectendi. Cum vero radii penicilli H I deflecentur; deflexione sua, testante experientia, in colores resolvuntur, vel accuratius loquendo ita disponuntur, ut partes ejus simpliciores in debita distantia cerni queant. Et hæc dispositio, præeunte eadem Magistra, talis est, ut color seu radius violaceus minime & ruber maxime a corpore flectente deflectatur; unde sequitur, ut radius violaceus majorem angulum cum superficie reflectente A B, quam radius rubeus, constituere debeat; quare linea I V' violaceum & I R' rubrum repræsentet. Quum autem anguli incidentiæ angulis reflexionis semper respondeant; radius violaceus I V' sub latiore angulo, cum facie A B contento, quam radius ruber I R', reflectat, est necesse, ut secundum lineas V' V'; R' R'.

Porro, ut radii penicilli H I deflectende ita disponuntur, ut in colores separari possint; ita cum radiis penicilli D C, qui inflectuntur, experimentis con-

veni-

venienter, est comparatum; eadem nimirum docent, in colores radios inflectendo abire, idque ea ratione, ut color violaceus minime, & ruber maxime inflectatur, (vid. pag. 38 & fig. 3); unde liquet, radium rubrum sub minori obliquitate in superficiem A B, quam violaceum, ut ad lineas C R & C V, impingere; quam ob rem vi legum reflexionis radius ruber sub minore obliquitate cum facie A B juxta lineam R R & violaceus sub majori, ut secundum V V, est reflectendus. Radios etiam coloratos intermedios intermedie inter V V & R R tam in deflexione, quam inflexione radiorum esse reflectendos, adeo est clarum, ut id admonuisse vix necesse habeatur. Si itaque hi radii in colores dissipati, & ex superficie reflexi, super alba charta L M recepti, concipientur; in illa duæ irides V R & V R ita depictæ, ut colores earum violacei sibi invicem obvertantur, spectantur. Si ulterius simile ratiocinium de reliquis duobus penicillis E F G L, M N O P adhibeatur, facile intelligitur, duas irides in charta ex utraque parte puncti N, illas nempe, quæ a radiis deflexis constituuntur, in parte N M, & quæ a radiis inflexis componuntur, in parte N L), horum radiorum reflexione depingi posse. Irides, quas inflexi radii penicillorum G L & O P reflexione constituant, in charta ita esse depingendas, ut iris penicilli G L proxima iridi penicilli C D sit, ut "R" V, & deinde illi vicina iris penicilli O P, ut "R" "V, pluribus rationibus perspicuum est; (q) æque vero cl-

---

(q) In tabula delineare aliquam radiorum fractionem, e spa-

rum non est, in quæ spatia chartæ irides, quas radii deflexi penicilli E F & M N depingere valent, incident; attamen congruenter observationibus assumendum est, penicilli E F iridem spatum proximum iridi penicilli H I &, quod huic spatio vicinum est, iridem penicilli N M occupare. Experiundo eniū comperimus, radios primum deflexos sub majori obliquitate in corpus, quod præteribant, quam, qui deinde deflexi fuerunt, & hos rursus sub latiori, quam qui deflexionem ordite tertiam subierunt, deflectere. (r) Posito jam eodem casu; iridem penicilli E F per conum V' F R' & eandem penicilli M N per conum V'' N R'' repræsentare liceat; quo sit, ut tres  
iri-

tio flexionis egredientium, negleximus, quoniam, eam fractionem, qualiscumque sit, ad naturam radiorum divergendi permittandam non conferre, nobis persuadet indoles iridum, quas radii, corpora prop̄ prætereuntes, depingunt. Hos enim radios spatium flexionis ex parte etiam permeare, atque adeo ex spatio cūntes fractionem (an quædam existat?) similem, ac radios ex corporibus reflexos, subire debere insitias nemo eat.

(r) Hocce phænomenon ita explicari potest, ut ponamus, penicillum secundum deflectendum vi quadam attractiva penicilli primi inflectendi, dum inflectitur, in minus obliquam directionem in faciem reflectentem, directione penicilli primi deflectendi, attrahi, atque deinde penicillum tertium deflectendum antecedentium duorum pe-

irides in utraque parte N conspici possint, quarum colores violacei versus N vergunt, seu sibi invicem ex utraque parte N opponuntur: ejusmodi vero iridibus imago observata utrinque erat ornata. Modum itaque indicavimus, quo irides, quibus imago, quam radiorum reflexione ex parvis planis speculis in charta quadam alba objecta depictam observavimus, ornabatur, oriri possunt.

Allata jam ratione, ut nobis videtur, imaginis lateralium fimbriarum; restat, ut causam spatii medii, plerumque albi, sed interdum colore ad flavum & cœruleum inclinante, interdum indico tincti, atque linearum rubearum & flavorum, quibus utrinque album medium ornatur, paucis exponamus.

Quum hocce medium in omnibus imaginibus, reflexione radiorum obtentis, eodem & simili colore tinctum non observaretur; pro vero quidem sumi potest, causam hujus variationis colorum de superficie

cillorum inflexorum vi attrahendi in obtusorem directionem cum eadem superficie, directione penicilli secundi, torqueri, & sic porro de reliquis penicillis ejusdem generis. Hac positione conficitur, ut, quo longius penicillus quidam deflexendus a primo distat, eo majorem angulum cum facie reflectente ejusdem radii deflexi facere debeant; unde rursus, congruenter legibus catoptricis, talis radiorum penicillorum deflexorum sequitur reflexio, qualim observavimus, posuimus & in tabula delineavimus.

cie*i* reflectentis natura & indole multum pendere. Cum nimirum album colorem illud trahit; hæc res ita explicari potest, ut radii, inflexione resoluti, reliquorum penicillorum in parte O P R T, quorum radii inflecti debent, post suam reflexionem spatium chartæ a "V usque versus V" & radii ceterorum fasciculorum in eadem parte fascis luminis incidentis, quorum radii deflexionem subeant, spatium a V usque versus "V positæ reflexionis ratione occupent; eo enim accidere potest, ut spatium utrinque N omni genere radiorum, æqua & justa portione inter se invicem commixtorum, perfundatur: qua radiorum coloratorum mixtura conficitur albitudo (s); ea itaque ratione medium album imaginis accedere potest. Porro si radii inflexi & inflexione in colores dissipati in spatium proximum versus V suos maxime refrangibiles colores immittere non valeant; hoc spatium a coloribus, qui in sequenti iride V ordine suo succedunt, coloratum esse debet, id est, proxime ad V color rubeus r' & deinde flavus g' est conspiciendus. Eodem etiam modo sunt explicandæ lineæ rubra & flava, quæ ad "V jacent. Ulterius si ponamus spatium intra V & "V una iride deflexionis & una iride inflexionis tantum occupari; (t) faci-

(s) Vid. *Newt. optic.* lib. I. part. II. & experiment. XIII.

(t) Hoc facilime accidere potest, si superficies reflæctens minimæ latitudinis sit, Quæ opinio eo redditur probabilis, quod observari tantum potuit, nonnullas earum i-

facile intelligi potest, earum colores ita misceri posse, ut medium imaginis talibus coloribus, quales interdum illud ostendebat, inficiatur: e. g. si color violaceus inflexionis iridis cum colore viridi iridis deflexionis commisceatur; utriusque iridis color cæruleus secum invicem confundatur, quo satur & largus color cæruleus oritur, id est, talis fere color, quem, medium imaginis tingentem, indicum vocavimus. Ostensio jam breviter modo, quo imago colorata & in Theoremate pag. 23 descripta depingi potest; ordo quidem postulat, ut exponamus causam, cur radii sub majori angulo reflexionis imaginis irides majores & distinctiores, quam sub angustiore, depingant, quum vero hæc de cognitione plena viarium *deflexivæ* & *inflexivæ*, (quæ in præsenti nobis deest) omnino dependeat; declarationem hujus rei in medio relinquimus; si enim sumeremus, testante experientia, vires, quas dicimus, minimum actionem in radios, ad perpendiculum superficiem impingentes, exercere, (e qua suppositione ea, quæ jam essent explicanda, facillime enucleari possent), poneremus quidem id, cuius causam traderemus. Quod si causam quæras, quare ipsa imago in minori distantia a superficie reflectente minor sit, quam in majori; inde hæc repeti potest, quod radii deflexi & inflexi, qui a se invicem divergentes in superficiem necessario illidant, post

H

ean-

---

magnum, quæ radiorum reflexione ex cylindro quodam depinguntur, medium aliis coloribus medijs, quam albo, tintam habere.

etiam idem faciant; unde patet, in maiore distantia a corpore reflectente, quam in minori, maiorem imaginem esse observandam.

### §. XIII.


Ad allatam imaginis explicationem quisquis attenus facile intelligit, imaginem ita esse comparatam, ut, si lamella quadam opaca U V radii incidentes ex parte H I versus R T excipiatur, eo modo evanescere debat, ut primum iris V' R', tum V' R, postea V'' R'', deinde V''' R, porro V''' R''' demum V''' R, ultius linea rubra r', posthac r, insuper linea flava g' & denique g atque ultimum album medium evanescat: Imaginem, quam observavimus, similiter esse comparatam, experiundo comperimus: nam lamella quadam chartacea U V ex parte speculi incidentes radios excipientes vidimus, irides imaginis eodem, quem supra ostendimus, ordine evanescere. Qua quidem observatione explicatio imaginis prolata multum confirmatur. Atque, (nisi circulum in demonstrando conficeremus), ad colligendum proni essemus, ex hac indole imaginis, a nobis observatæ & explicatæ, clare apparere, radios lucis in vicinitate corporum per vices deflecti & inflecti.

Postquam jam indicavimus, quale sit phænomenon, quod obscure observavit Celeb. DU TOUR, atque ostendimus, illud non ex theoria Dni DU TOUR, sed

sed ex aliis principiis ex toto esse resolvendum; putamus theoriam Laudi Auctoris esse rejiciendam.

Præterea existimauis, ex hac nostra qualicunque dissertatione, hanc observationem, quod radii luminis, prope ad superficies corporum prætereunt, & deflectantur & inflectantur, confirmari; atque demum, hanc inflexionem & deflexionem radiorum per vices fieri, ex eadem colligi potest. Cujus alternationis quænam est causa?





## Corrigenda.

Pag. 3. l. 17 pro *ad E factum* leg. in operculo fenestræ factum, pag. 3. l. 25 pr. *languida* leg. languida. p. 8. l. 2. p. *intermedii intermedias*. l. ceteri iuas. pag. 8. l. 21 pr. *languidius* leg. langvidius. pag. 10. l. 8. p. *vitreo* l. vitro, pag. 16 l. 9 p. *boc factis* l. his factis. pag. 11. 22 p. dixitram l. dextram, pag. 18. l. 27 p. quo l. quæ, pag. 22. l. 6. p. *distincta* leg. distinctas, pag. 23. l. 17 inter *semel* & *denique* interiere *postea flaveo* & *rubro* pag. 23 l. 18 p. tres irides l. tribus iridibus. pag. 24 p. trahare l. trahere, pag. 28 l. 9 p. *ipfis* l. ipsis pag. 28 l. 15 pr. *explicare* leg. explicari, pag. 34 l. 12 pr. *be-*  
*manus* l. humanus.

---